Reverendo, Clarissimo, doctiss.
simóque Viro, D.N. Sebastiano
Hoeggero, Verbi divini Mini-
stro vigilantissimo, et Gymna-
sii Sangallensis Rectori me-
ritissimo, Amico, et in Christo
fratri plurimum colendo,
amando.

Franco. Sangalli.

S. P.

Abi liber, quò vis, abi,
Ovum malum corvi mali.
Horas bonas disperdere
In te legendo non libet.
Calumniis, fallaciis,
Dicteriis mordacibus,
Mendaciis, refertus es.
Inanium sophismatum
Mera es cloaca. in te nihil
Est Christiani pectoris.
Spiras nihil, ni noxii
Perennitatem schismatis.
Te peperit Alecto impia,
Megæra lacte nutriit.
Abi liber, quò vis, abi,
Ovum malum corvi mali.

Cum hoc encomio redit ad vos Dannhauverus, quem reddes Dn. Zollickofero unà cum ὑπόδειξιν Disputationis meæ, quam te jam accepisse nullus dubito. Remisissem citius, nisi me Autumnalia negotia in torculari nro, cui ex officio noiẽ venerandi collegii præesse me per integrum oportet autumnũ, & finito autumno Synodus & disputatio Synodica impedivissent. Redit igitur vel tandem. Gratias ages meis verbis Dnº possessori, cui quidem possessionem tam preciosi [illegible] minimè invideo. Nescio an jam anagrammatismos geminos etiam videris, quibus Dannhauverum ornare lubuit. Adjicere illos non piget, si vel videris jam. Δὶς καὶ τρὶς τὰ καλά. Sic igitur illi habent.

I.

Joannes Conradus Dannhauverius.
Hui. nonne draco evanidus, rana, sus?

a.

Nonne draco es, spirans caudâ oréque triste venenum?
Adversus pacem nonne venena vomis?

Hui draco! Sed Christi draco eris evanidus ore,
Ac evanescent dira venena cito.

I.

Rana es, nomine ferens feralia bella coaxas?
Non sus? Christi à te vinea damna capit?

II.

Joannes Conradus Dannhaverius.
Heu! amnon ceu sordida sus in hara?

Heu macules chartas: in hara ceu sordida sus es;
Amnon? quid scribis scripta cacata nisi?
Balsamum odoriferum JOVÆ Concordia in æde est;
Discors tu stercus spargis in æde Dei.

Satis de hoc Stentore & nebulone, qui non paucis è Lutheri Schola quoq; valde displicet. Id quidem literis ad D. Hottingerum nrm testatus est Dn. Dilherus, primarius Noribergæ pastor. Majori curæ nobis sunt res patriæ. Minitantur Suitenses belli redintegrationem. In nuperis comitiis suis juramento se mutuò obstrinxisse feruntur, bello se nostros petituros, si sumptus bello nupero facti à nob. non rependantur. Thermopoli jam sunt amplissi. nri legati. Ibidem comparent Uranienses, & in iis Zweyerus. Cum quatuor pagi papatistici ferre in comitiis nolunt. Unde Thermopolim nondum venêre, Bremogarti adhuc hærent. Quid monstri ibi alant, brevi patescet. Sunt qui suspicantur, dissidium hoc inter Uranienses & reliquos quatuor pagos eē simulatum; latere anguem in herba. Alii verum esse censent. Armilustrium hac septimanâ in urbe nrā decem vexillorum institutum est. Excubiæ itidem in finibus maximè, haberi cœptæ. Agricolas nros non minus labentes, si res in nervum erumpet, q̃ ante biennium habituri sumus; quod abundè in armilustrio demonstrârunt. Dissipet itaq; terræ filios, nil nisi bella & cædes spirantes: Sit ille Dux noster, si denuo bellum exardescet, et potenti suo brachio Ecclesias & Resp. nostras adversus hæc hominum monstra, hæc Antichristi jurata mancipia, protegat. Quin vestri quoq; proceres & Abbatiscellani Evangelici adversus Abbatis machinas vigilent, non ambigo. Fuit ille nuper fulcrum Quinquepagicorum, cerere, ære, pulvere tormentario, sale, illos juvit. Experit ille tardè, quid sibi cacaturus sit. Vale, Vir amicissime feliciter in DNO. Saluta Dnn. Fratres, inprimis vener. Dn. Decanum. Tig. ex Museo, 24. Oct. 1657.

T. T.

Jo. Wirzius.

Rever. ac praestantiss.º
Viro, Dnō Sebastiano Horg
gero, Ecclesiae Sangall.
ministro, et Scholae Re
ctori vigilantissimo,
amico perquam
colendo.

Sangallen.

Franco.

An Hrn. Decanum.

S. pl. Ehrwürdiger, Wolgelehrter Herr,

Es hat zwar jetz schon lang aufgehört das Brieff-schreiben under uns zu
[illegible] aber nicht mein gemüth und alte wolgewogenheit. Es lassens bis-
weilen nicht zu frembde und unsere eigne geschäfft. Dißmal muß ich Euch
etwas wichtigs anzeigen. Ihr habet vor disem Euer gutwilliges gemüth genug-
sam bezeüget, als Ihr mir die Studenten von St. Gallen thetet zu schik[en],
damit sie die anfäng der Philosophy besser lehrnen. Darüber habt Ihr
auch hinzugethan den David Schirmer, aber wolte Gott, daß alle in dem
fleiß und studieren fortgefahren wären, wie sie angefangen haben. Er,
der Schirmer sag ich, hat bey uns in unserem hauß etwas unruh angerichtet.
Wir haben jetz ein geraume zeit gespürt, daß er heimlich in schlupfwinkeln
auf unsere geheime geschäfft begierig losst, und hernach dieselbige in einem
andern verstand aufs ärgste züchet und vertragt; welches gewüßlich ein
ganz verdächtiger brauch ist; desgleichen daß er kein respect erzeigt
meiner geliebten frauwen, sondern dieselbige verunehrt und verstoßet.
Deswegen er dann ein und das ander mahl von meinem Sohn, und zwar
auß meinem geheiß, gestrafft worden, und das in aller aufrichtigkeit und
gebür: Er aber hat darüber hin unsere getreue und recht väterliche ver-
mahnungen in die schanz geschlagen, und alsobald in aller Stäubt, uns
unwüssend und wider unser gutheißen, den tisch und das Losament geendert.
Wir befinden aber, daß der Scherlin und Kunzler ihm darzu gerathen
und geholffen haben, auß deren trib dises schantlich werck auf die
bahn gebracht worden: dann auch sie selbst fangen an die privat-under-
weisungen meines Sohns gering zu schätzen. Welches gewüßlich ein große
schand und die höchste undankbarkeit ist. Mein Sohn hat schon etlich mahl
ihnen gedräuet, wann sie nicht vortfahren, wie sie angefangen, so wöllen
wir Ew. Ehrw. disere sach selbs berichten; die aber (nemlich Scherlin und
Kunzler) haben darüber gesagt NB. sie wöllen die federen wider ihn
spitzen. Der junge Hr. Schönholzer wartet seinen glüklich angefangnen
Studiis fleißig ab, und hat sich bisher mit seiner bescheidenheit bey allen
lieb und angenehm gemacht. Deswegen ist diß das fürnemste, Ehrw. Herr,
daß ihr euch nicht beschwäret aufs baldest, wann es seyn kan, sie durch Euer
ansehen zu zäumen, und zur einträchtigkeit zu vermahnen, daß sie fleißig
im Studieren vortfahren, damit sie glücklich ihren zweck erreichen mögen.
Und wird nit das geringste sein, wann Ihr ihnen zusprecht, daß sie den
Tischherren, die Tischfrauwen und meinen Sohn in gebürenden ehren halten.
Was übrig ist, Ehrw. Herr, so wünsch ich Euch auß innerstem herzens grund
von dem, welcher allein der rechte brunnen ist alles wahren und friedsamen
Segens, wie auch Euwerem ganzen hausgesind ein in allweg glückhafftes ge-
segnetes Neues Jahr.

Zu Biel den 4. Jenner deß eingehend 1661. Jahrs.

Ihr
Wolbekandter
Melchior Sterlenstein V.D.M.